

PROLEGOMENA.

simas segetes ostentat Poëtica, in quibus omnino demetendis si desudauero, tempus antè me deficiat, quàm extre- mos sulcos attigero. Ergo manipulum vnum aut alterum tantum, quasi de mercibus segmen præcidaneum, colliga- mus & ostentemus. Hæc ergo virtus in viæ moderatione occupatur, quæ cum periculo sissima & infana quædam sit perturbatio videndum est, vt ab ea nobis prudenter caueamus, frænisq; iniectis eam ita coërceamus vt illa nobis, nõ nos illi obsecundemus. Quod si assequimur de Clementia tutò possumus gloriari. Rectè itaq; Poëtæ nostri hoc pas- sim monent, vt iram moderemur. Sic Menander:

Αὐθρασιῶν ἢ γίνουσι τ' ἔργῳ κρατῆρ.  
ἔργῳ ἀλογίῃ κρατῆρ  
Ἐν τῷ παραχρῆσιν μάλιστα φρονεῖν ἄν.

Quum sis homo, iræ temperare noueris. Et alibi,  
Iram rationis insciam refrenare  
In perturbationibus maxime sapientem oportet.

Hæc & similia ad excessum iræ moderandum s; ectant, tamen putidam illam Stoicorum ἀπάθειαν Poëtæ (quod sciã) non agnoscunt, siquidem illius etiam vsum concedunt vt in iniurijs: vnde Sophocles apud Stobæum:

Ἐὐδὲν δὲ δίκαιον μὴ ἔξει φρονεῖν

Licetum est animosum esse, modo id iure fiat.

Quo pertinet illa cohortatio Sosiphanis:

Νῦν σοι πῆρ ἄφρον θάμνος ἄβῆτα, γέρον.  
Νῦν δὲ ἔργῳ, ἰώϊκ' ἰνδικον δαδῆρ.

Nunc in facie tibi ira efflorescat, o senex,  
Nunc irasci conuenit iustitiæ gratia.

Deponendam esse tamen iram Euripides eleganter dicit, his verbis:

Ὡς πρὸς θνητὸν καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἔστι,  
Οὕτω πῶσαι μὲν τὸν ἔργῳ ἔχῃ  
Ἐθῆνοισιν, ὅστις σωφρονεῖν ἰπίσῃσιν.

Vt mortale est corpus nostrum  
Ita decet neq; iram habere  
Immortalem, eum qui sapere nouerit.

Ex iræ autem moderatione, nascitur CLEMENTIA, ex intensione, SEVERITAS. Illa ignoscit, hæc vlciscitur. In vtra- que porro modus obseruandus, ne illa in Misericordiam (ex Senecæ sententia) hæc in crudelitatem degeneret. V- tramq; in præcedentibus gnomis complexi sumus, primam in primis, secundam in sequentibus. Proinde diutiùs hîc nos immorari non oportet. Neq; enim in ijs repetendis, quæ alij ante nos diligenter collegerunt, superuacaneã meam diligentiam ostentare volo. Transeamus ad INTEGRITATEM, quæ in Veritatis studio versatur. Ea hominẽ Politicum præditum esse maxime decet, vtpote quæ omnib; reliquis virtutibus quod ammodo famuletur: quid di- co famuletur: imò omnino imperet. Illa est, quam eleganter Menander θῶν ὁμόπονον, μόνων θεῶν σωδὴτα μόνων, concia- uem & contubernalem Deorum appellat. Hîc pluralitas Deorum ritè potest intelligi, cum & Angelos ipsos Spiritus Sanctus Deos nuncupet. Hanc eandem ἀρχὴν μὲν ἀρχὴν ἔργῳ magnæ virtutis principium vocat ille apud Plutarchum. Itaq; eius studium planè est amabile, quam ὁφίαν παγκρατῆα Callimachus apud Stobæum prædicat. Illud porro com- mendat Menander his verbis:

Ἄδ' ἀποτινέω δὲ τ' ἀλλοτῆριν ἔργῳ.  
ἔργῳ παρὶ κερῶν τ' ἔργῳ παρὶ γυῶν,  
ἄς ἄσφαλτα μὲν θῶν κλύων μὲν ὄ.

Est tempore omni vera proloqui optimum.  
Hoc facere adhortor, quippe quod sit roboris,  
Securè ad æuam transigendum, maximi.

Idem monent alij cum Mendacium insectantur: vt Homerus noster sub Achilles persona:

ἔχθρὸς γάρ μοι κῆρ ὁ μῶν ἀΐδω πηλοισιν  
ὅς ἔτ' ἔργῳ μὲν κῆρ δὲ ἔργῳ ἔργῳ ἔργῳ.

Illum peius Orci limine odi,  
Qui aliud in animo occultat, aliud loquitur.

Sed hæc vt κρῆσιν ἔργῳ ἔργῳ & textu fimbrias accipite. Subsequitur POPULARITAS, virtus maxime politica, vt ex ipso nomine potestis conijcere: quam Facilitatem appellat Terentius, & ea nihil esse homini melius testatur. Hæc nos humanos nimirum id est, φιλικὴν ἔργῳ, & in mutuis συναίσιαις & familiarib; congressibus acceptos & amabiles eficit. Varia itaq; huius præcepta, & ferè vsq; ad fastidiũ (si rei tam utilis fastidiũ generari potest) Poëtica nobis ex- hibet, dum nos nunc in supplices, nunc in hospites, nunc in peregrinos, in calamitosos, in pauperes, & alia huiusmo- di, humanitatis exercendæ adimonet. Audi diuinum Homerum:

ἀντίκασινύτω ξῆν ὄ' ἰκτινὲς τὸ τίτυκῃσιν  
ἀντί, ὅς ὀλίγον ἰπιψῶν ἔργῳ πρῶτον ἔργῳ.

Loco fratris hospes atq; supplex est  
Viro vel mediocriter prudenti.

Audi Euripidem:

μὲν σκυθρῶν τῶν ἔργῳ πῶς τὸς κῆρ  
πρῶτον ἔργῳ ἔργῳ ἔργῳ.

Ne nimium seuerus atq; durus esto erga eos, qui malè  
Rem suam gerunt, cum homo sis.

In conuersationibus etiam maxime versatur, vt diximus, hæc popularitas, quæ ad societate & amicitiam fouendã po- tissimum conducit. Eius locos huc commodè transferre non possumus, propter intricatam nimis illorum congerie. Et nos vobis omnia præmansa in os daturi non sumus. Itaq; & de VRBANITATE germana POPULARITATIS CO- piosius non dicemus, tum præfata de causa, tum quia ad grauiore disputationes pergimus. Pergamus ergo ad IV- S TITIAM. Huc velociter contendebã, gaudeo cursum meum hæctenus non elusum. Hîc vos nimirum paulò vehe- mentiùs exagitabo: siquidem I V S T I T I A præcepta & totam deniq; doctrinã, vos qui Poëtica perosi iura tractatis ci- uilia, & si Dijs placet, in vsum quoq; (abusum penè dixeram) reuocatis, nusquã quàm in verbolis vestris cõmentarijs vultis cõtineri. Hinc vester ille fastus, hinc illa vestrã arrogãtia, hinc vester illæ miseræ nostræ Poëtice cõtèptus, quasi illi, qui seriò hæc tractant, non delirare, sed insanire vobis videantur. Quid hoc rei tandè est? Quò vobis mètes? Vbi candor ille, aut amor in primariũ rei literariæ studium? Deus meliora, quàm vt pertinacia vestrã illum mihi saltè ex- torqueatis. Non obtusa acedò gestamus pectora Vates. Quid ita? Possumus enim, possumus illam quoq; virtutè nobis & me- liore, id est, antiquiore iure vendicare. Non habemus, fateor, tricas illas forenses, sed habemus quantũ viro bono ad bene, id est, iuste viuendum sufficit. Nec verò vestrũ illud ius tolli intelligimus, sed nostrum quoq; contemni mi- nimè patiemur: quanquam possumus dare populos, qui vestrò illo careat: qui nostro, nullum: siquidem nos puros tã- tũ iustitiæ fontes exhibemus, quib; vel ipsos rudes & imperitos homines Natura irrigauit. Sed hac de re aliàs for- tasse copiosius disputabimus. Nunc hoc agamus, & doceamus nos quoq; I V S T I T I A præceptis abundare. I V S T I T I A cum philosopho duplicem instituiamus: alteram quidem Vniuersalem, Particularem verò alteram. Vniuersalis ea est, de qua Poëta noster Theognis, ἢ δὲ δίκαιοσύνη συνῶσθαι πᾶσ' ἀρετῆσιν. Iustitia in sese virtutes continet omnes. Eam Solon ille, quem Poëtam extitisse antea probauimus, ἀνομίαν appellat, cuius effecta elegantissimè persequitur his verbis:

ἀνομία δὲ ἀνομία τῷ ἔργῳ πάντ' ἀποφαίνῃ,  
καὶ θανάτῳ τοῖς ἀδίκῳ ἀμφὶ ἰδούσι πύλας  
ἐργῳ τῷ ἔργῳ, πᾶσι τῷ ἔργῳ ἀμαρτῶν  
ἀνομίαν δὲ ἀνομίαν ἀνομίαν ἀνομίαν  
ἔργῳ δὲ δίκαιαν ἀνομίαν, ἀνομίαν ἀνομίαν τ' ἔργῳ

Aequitas secundum leges modesta & recta omnia parit,  
Et semper iniustis inicit compedes,  
Aspera mitigat, sedat fastidium, iniuriam repellit,  
Maliq; nascencia disperdit semina  
Corrigit ius prauum, elata opera

πρῶτον